

Maximiani abolitam esse (erasum invenitur nomen eius etiam Palmyris, III S. 6661). — 2) vet (pro et) Kinch, sed dubitationis signo ad v apposito.

635 [Iovi o. m.] et G[enio | ma]iestatiq. [dd. nn.] Diocletiani et | Maximiani sen.¹ | Augg. et Consta[n]tii et] | Maximiani for[tiss. et] nobiliss. Caess. | Aurel. Marcellus v. p. | praes. prov. Caria[e d. n.] | eorum dedi-
cav[it].

Halicarnassi (III 449). — 1) Senior dicitur Maximianus, ita ut Galerius aliquoties dicitur Maximianus iunior (N. 655. 675).

636 imp. Caes. C. Val. Diocle|tianus P. F. invict. Aug. et | imp. Caes. M. Aurel. Val. Max[i]miani (sic) P. F. invict. Aug. et | Fl. Val. Constanti[us] et | Gal. Val. Maximianus | nobb. Caess. | M. p. VIII.

Veronae (V 8016). — Eadem inscriptio legitur in columnis V 8010. 8021. 8038. 8042 a. 8047. 8057. 8068. paene omnibus territorii Veronensis, in quibus paene omnibus (praeter 8010. 8068) solius Galerii nomen erasum est. Fortasse hoc factum est eo tempore quo haec regio Maxentio parebat; qui quamquam defuncti socii memoriam colebat, cum vivo constans bellum habuit. (Praeterea solum Galerii nomen erasum inveni in miliario IX 6074; cf. etiam VIII 10450.)

637 felicissimo saeculo dominorum nostrorum C. Aureli Valeri [Dio]-
pletiani Pii Fel. invict. Aug. | [et M. Aureli Valeri Maximiani Pii Fel. invict. Aug.]¹ et M. Fl. Valeri Constanti et C. Galeri | Valeri Maximiani² nobilis-
simorum¹ Caess. et consulum, quorum virtute ac providentia omnia in
melius reformantur, porticum cum arcu suo, quae foro ambiendo deerat, |
a solo coeptam et perfectam p. p.³, Aur. Aristobulus v. c. procos. Africæ⁴
per instantiam Macrini Sossiani c. v. leg. cum eodem dedicavit, curante
remp. Ca iano, d. d. p. p.

In provincia Africæ loco dicto Henchir Midid (VIII 608 cf. eph. ep. 5, 273). — 1) Punctis subiectis notavi vocabula scalpro deleta vel temptata. — 2) Tam Constantius quam Galerius plerumque praenomine carent, in titulis potissimum legitime scriptis, atque ubi adest praenomen, Constantii plerumque non est M. (praeterea tantum V 8042), sed C. (infra N. 648. 649. III 5205. X 7504), Galerii modo, ut hic C. (etiam XI 5202), modo M. (X 7505). — 3) Pecunia publica. — 4) Est Aristobulus praefectus praetorio a. 284, consul cum Diocletiano a. 285; ut proconsul Africæ memoratur saepius in titulis Africanis, legatus eius Macrinus Sossianus etiam in urbano Bull. com. 1883 p. 219.

638 [felicissimis et b]eatissimis temporibus suis | [imp. Caes. C. Val.] Diocletianus invictus Pius Fel. Aug. et | [imp. Caes. M. Aur. Val. M]axi-
mianus invictus Pius Fel. Aug. et | [Flavius Val. Constant]ius et Galer.
Val. Maximianus | nobilissimi Caess. | municipium Rapidense ante plurima
tempora rebellium | incursione captum ac dirutum ad pristinum statum |
a fundamentis restituerunt, curante | U[l]pio Apollonio v. e. p. p. M. C.¹
numini maiestatiq. eor. d[evoto].

In Mauretania, loco dicto Sûr Djuâb, ubi fuit municipium Rapidense (Eph. 5, 956). — 1) Viro egregio praeside provinciae Mauretaniae Caesariensis.